

Psalmus 139.

ERIPĒ me Dómine ab hómine malo : * a viro iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitátes in corde : * tota die constituébant prœlia.

Acuérunt linguas suas sicut serpéntis : * venénúm áspidum sub lábiis eórum.

Custódi me Dómine de manu peccatóris : * et ab homínibus inq̄uis éripe me.

Qui cogitavérunt supplantáre gressus meos : * abscondérunt superbi láqueum mihi :

Et funes extendérunt in láqueum : * juxta iter scándalum posuérunt mihi.

Dixi Dómino : Deus meus es tu : * exáudi Dómine vocem deprecationis meæ.

Dómine, Dómine virtus

salútis meæ : * obumbrásti super caput meum in die belli :

Ne tradas me Dómine a desidério meo peccatóri : * cogitavérunt contra me, ne derelínquas me, ne forte exalténtur.


Caput circúitus eórum : * labor labiórum ipsórum opériet eos.

Cadent super eos carbónes, ⁊ in ignem dejicies eos : * in misériis non subsistent.


Vir linguósus non dirigétur in terra : * virum injústum mala cápiet in intéritu.

Cognóvi quia fáciat Dóminus judícium inopis : * et vindíctam páuperum.

Verúmtamen justí confitebúntur nómini tuo : * et habitábunt rectí cum vultu tuo.



Ant. JUSTORUM autem ánimæ in manu De-i sunt,



et non tanget illos torméntum ma-lí-ti-æ.

Capitulum, Hymnus et V. ut in j. Vesperis.